

Sermo

A

sanctum qui est nexus et completio patris. Loquentur etiam nobis proprias personas. scilicet potentiam sapientiarum et benignitatem. Nam per magnitudinem ostendit potentiam. que appropriatur patri. Per pulchritudinem sapientiam que appropriatur filio. Per utilitatem bonitatem que attribuitur spiritui sancto. Propter hoc dicit psalmista. Celi enarrant gloriam. etc. Secundo ad obedientiam. quod quilibet creatura creatori seruit et ad nutum obedit. Unde **Baruch. iij.** Emitte lumen et vadit et vocat illud et obaudivit illi in tremore. similiter **Barth. viij.** Surgens imperavit ventis et mari. In quo confunditur contumacia nostra. **i. Regum. xv.** Melior est obedientia quam victoria. Tertio ad iustitiam. quod quilibet creatura locum suum et ordinem servat. **Proverborum. xxv.** Celum sursum et terram deorsum. etc. In quo confunditur humana superbia que pervertit omnia. et ideo monetur quilibet. **Ecclesiastici. i.** Locum tuum ne dimiseris. scilicet humilitatem. donec cum dicitur. Ascende superius. **Luce. xij.** Quarto instruit nos ad largitatem quod quilibet creatura. et celum et terram et aqua compellitur dare quicquid potest dare. **Mt. dñs. Barth. v.** Solem suum oriri facit super bonos et malos. etc. In quo confunditur hominis avaritia. quod communia bona usurpat sibi. et quodammodo incarcerat creaturas dei. unde clamabunt contra ipsum in die iudicii. sicut dicit **Abacuc. ij.** Lapis de pariete clamabit et lignum quod inter iuncturas edificiorum est respondebit et ideo dominus mina

Septimus

B

tur avaris. **Iosue. ij.** Liberabo lanam meam et linum meum. etc. quod fit in morte quando dimittent omnia. Quinto ad renovationem. quia que liberatur a creatura suo tempore renovatur. Unde apostolus monet. **Ephesios. iij.** Renovamini spiritu mentis vestre. Sed miser homo corpus renovat et de anima nihil curat cum dicatur. **Ecclesiastici. x.** Fili in mansuetudine serva animam. et da illi honorem secundum meritum suum. Sexto ad mortis rememorationem per solis occasum et arefactionem terre virentium. **Mt. Ecc. xvij.** Quod lucidius sole. et hic deficiet. **Sapientie. vij.** Illi enim succedit nox. **Isaie. xl.** Omnis caro fenum. etc. Secundo ad hominem loquitur deus per verba sacre legis. Unde. **Job. xx. xij.** Semel loquitur deus in seculo id ipsum non repetit. quia sacra scripturam condidit. in qua communiter omnibus satisfacit. Unde non oportet in sua temptatione ut quilibet querat sibi a deo specialiter responderi. quia in eo comprehensus est quicquid potest singulis evenire. Ibi enim erudimur de singulis que nobis eveniunt per ea que prioribus acciderunt. Unde **Romanos. i. v.** Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Loquitur hic nobis tribus modis. Primo reprehendendo cum scelera atque delicta ostendit peccatoribus. cui respondere debemus per dolorem contritionis. Secundo promittendo vitam eternam penitentibus. cui respondere debemus per desiderium glorificationis. Tertio imminato penam eternam